Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8199
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cathedralis funditus reparatur à gloriosa Plectrudi
de Vxore Pipini filij Angis maioris Domus Francie
Quod ex eius Epithaphio comprobauit Circa
maiestatem Dominicam à dextris habens in manibus
Ecclesiam Scriptumque in rotundo Plectrudis Regina
à dextris tuis in Vestitu Deaurata circumdata Va-
rietatibus et à sinistris maiestate Beatus Stephanus
Protomartir eiusdem Ecclesie patronus sed hoc modo
ex vetustate nimia extinctum est ipsa vero Plectru-
dis filia Ducis Grimaldi Bauarorum et Campanie
legitur extitisse. Anno Dom: 698. nonagenarius.

XI

17 THEODORVS Laureacensis Archiepiscopus et
patauiensis sedit annis xxiij Anno Dni 699 tempo-
ribus Theoderici filij Dogoberti regis francorum
Hic Theodorus obijt: Circa hec tempora Albertus
Archiepus Caselensis Et beatus Erhardus Episcopus
Ardinacensis putatur ad Ratisponam et Verbum
Dei predicarent venisse Quando etiam sanctus
Kilianus cum socijs Colonato et Totiano clam
à truculenta foemina Gedona in odium
predicationis fidei in Herbipoli truculantur
et Martirio Coronantur. Anno Dom.
722.

XII